SMARAGDUS
Freising, Mitte 9. Jh. Seite 326
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

remunerant felicitas transeuntis uitae;· & in his omnibus inter
uos & nos chaos magnum firmatum est. Ut hi qui uolunt hinc
transire ad uos non possint. neque inde huc transmeare;
Qua in re ualde querendum est quomodo dicatur hi qui uolunt ad
uos transire non possint, quia enim hi qui infernorum sunt ad
beatorum sortem transire cupiunt dubium non est, qui uero iam in bea
titudinis sorte susceptisunt. quo pacto dicitur quia transire ad
eos qui infernorum cruciantur uolunt, sed ut ait transire reprob.
ad electos cupiunt. id est a supliciorum suorum adflictione migrare.
ita ad adflictos atq; intermentis postros transire iustorum est mente
ire pius diam eosq; uelle liberare; sed qui uolunt de beatorum
sede ad adflictos atq; intermentis postros transire non possunt.
quia iustorum anime quamuis in suae naturae bonitate mi
sericordiam habeant. iam tunc auctoris sui iustitiae con iunctae
tanta restitudine constringuntur, ut nulla ad reprobos compas
sione moueantur; sed post quam ardenti diuiti de se spes tollitur,
eius animus ad propinquos quos reliquerat pcurrit. quia repro
borum mentem poena sua quandoq; inutiliter erudit ad cari
tatem. ut iam tunc & iam suos spiritaliter diligant. quibus dum
peccata diligerent nec se amabant; unde nunc sequitur & ait;
rogo ergo te pater ut mittas eum in domum patris mei habeo
enim quinque fr̄; &c&c&c. Qua in re notandum est ardenti di
uiti quanta ad supplicium cumulantur. ad poenam nam q; suam
ei & cognitio seruatur & memoria; cognoscit enim lazarum
quem dispexit. fratrum quoq; suorum meminit quos reliquid. p
fecta quoque ei ultio de pauperem non est. si hunc in retributione
non cognoscet &. & pfecta poena in igne non est. si non hoc quod ipse
patrem & iam suis timet &; ut ergo peccatores amplius in supplicio pu
niant. & eorum uident gloriam quos contempserunt. & de illo & iam
poena torquentur. quos inutilium amauerunt. Credendum uero est.
quod ante retributionem extremi iudicii. iusti in requiem quos
dam iustos conspiciunt. ut eos uidentes in gaudio non solum de suo
supplicio; sed & iam de illo bono crucientur; iusti uero intermis
sem per intuentur. Iniustos. ut hinc eorum gaudium crescat. qc
malum conspiciunt. quod misericorditer euaserunt; tanto q;
maiores ereptori suo gratias referant. quanto uident in alius
quid ipsi per p&isi essent neglecti potuerunt; quia qui creato
ris sui claritatem uident. nihil in creatura agitur qd uidere non possint,